

ERRORES TYPOGRAPHICI ALIQUOT CORRIGENDI

HOC PRIMO TOMO.

IN ANTELOQUIIS.

- Ant. 1 Pag. 3 lin. 15 pro *clementijs* scribe *Cimmerijs*.
 Ibid. p. 1 lin. 3 pro *Carteanorum* scribe *Carpetanorum*.
 Ibid. pag. 4 lin. 2 pro *finito* scribe *summite*.
 Ibid. pag. 50 pro *commotarimus* scribe *commotaremus*.
 Ant. 2 Pag. 1 lin. 21 pro *dedolari* scribe *dedolari*.
 Ant. 3 Pag. 5 lin. 20 pro *teris* scribe *alit*.
 Ant. 4 Pag. 3 lin. 27 pro *fatis* scribe *fatis*.
 Ant. 5 Pag. 1 lin. 26 pro *exscriptis* scribe *exscriptis*.

IN BIBLIOTHECA.

- Pag. 4 col. 2 lin. 17 pro *Jufinianis* scribe *Jufinianis*.
 Pag. 10 col. 1 lin. 33 pro *Legio* scribe *Lexico*.
 Pag. 15 in Elogio 10. 2 pro *Alexander* scribe *Alexander*.
 Pag. 16 lin. 10 pro *Religionem* scribe *Religione*.
 Pag. 18 col. 1 lin. 7 pro *Syllabum* scribe *Syllabus*.
 P. 26 c. 1 lin. 29 pro *Academiorum* scribe *Academicorum*.
 Ibid. col. 2 lin. 15 pro *coconjio* scribe *conjugo*.
 P. 31 col. 1 lin. 19 pro *Bacalaureus* scribe *Bacalaureus*.
 Pag. 34 col. 1 lin. 16 pro *Noster* scribe *Nosfer*.
 Pag. 40 col. 1 lin. 20 pro *divitias* scribe *divitias*.
 Ibid. col. 2 lin. 6 pro *coecadonem* scribe *coecadonem*.
 Pag. 52 col. 1 lin. 33 pro *coecadonem* scribe *coecadonem*.
 Pag. 43 col. 1 lin. 19 pro *quibus* scribe *et quibus*.
 Ibid. pro *nullis* libe *nulla*.
 Pag. 49 col. 2 lin. 28 pro *fructu* scribe *fructu*.
 Pag. 53 col. 2 lin. 18 pro *Betica* scribe *Betica*.
 Pag. 64 col. 2 lin. 15 pro *quam* scribe *quam*.
 Pag. 75 col. 2 lin. 27 pro *egobius* scribe *egobius*.
 Pag. 79 col. 2 lin. 23 pro *tam* & *p* scribe *tamei*.
 Ibid. lin. 31 pro *neficiis* scribe *scificiis*.
 Ibid. col. 2 lin. 23 pro *prefo* scribe *prefo*.
 Pag. 81 col. 1 lin. 26 pro *enruditio* scribe *enruditio*.
 Pag. 82 col. 1 lin. 4 pro *Cancellario* scribe *Cancellarius*.
 Pag. 88 col. 2 lin. 14 pro *jura* scribe *jussu*.
 Pag. 90 col. 2 lin. 36 pro *ei* scribe *ei*.
 Pag. 91 col. 1 lin. 21 pro *contineri* scribe *continere*.
 Pag. 101 col. 2 lin. 34 pro *prefatricie* scribe *prefatio*.
 Pag. 105 col. 2 lin. 12 pro *virisi* scribe *viris*.
 Pag. 111 col. 2 lin. 7 pro *diferente* scribe *diferente*.
 Pag. 112 col. 2 lin. 9 pro *Denuo* scribe *Denu*.
 Pag. 117 col. 2 lin. 38 pro *referatas* scribe *referatas*.
 Ibid. lin. 39 pro *notas* scribe *notitas*.
 Pag. 125 col. 2 lin. 20 pro *caput* scribe *caput*.
 Pag. 133 col. 1 lin. 1 pro *sterni* scribe *sterno*.
 Pag. 135 col. 2 lin. 42 pro *appellans* scribe *appellans*.
 Pag. 144 col. 2 lin. 29 pro *sexiun* scribe *sexiunum*.
 Pag. 146 col. 2 lin. ult. pro *quondam* scribe *quondam*.
 Pag. 148 col. 2 lin. 24 pro *pratiosa* scribe *preiosa*.
 Pag. 150 col. 2 lin. 28 pro *Philipo* scribe *Philippi*.
 Pag. 156 col. 1 lin. 6 pro *bucis* scribe *buccis*.
 Pag. 158 col. 1 lin. 18 pro *satiat* scribe *notitiam*.
 Pag. 161 col. 1 lin. 5 pro *tenuis* scribe *tenuis*.
 Pag. 171 col. 2 lin. 37 pro *fas* scribe *fas*.
 Pag. 180 col. 2 lin. 31 pro *tempore* scribe *tempora*.
 Pag. 181 col. 1 lin. 17 pro *indigne* scribe *infigno*.
 Pag. 190 col. 2 lin. 25 pro *Definitor* scribe *Definitor*.
 Pag. 216 col. 1 lin. 38 pro *jejunis* scribe *jejunii*.
 Pag. 210 col. 1 lin. 31 pro *equifris* scribe *equifris*.
 Pag. 218 col. 2 lin. 42 pro *negotis* scribe *negotis*.
 Pag. 229 col. 1 lin. 20 pro *maximan* scribe *maximam*.

¶ Alia similia errata, accentus, diphthongos, litteras supervacaneas, omisssas, transpositas, inversas, benignus lector emendet, tollat, restituat.

DE BIBLIOTHECA

*D. Doctoris Joannis Josephi
Eguiara, et Mexicanorum
Ingenio.*

Aprilis Dialogus.

*Authore P. Vincentio Lopez,
Corduvensi, Theologo, e Societate Jesu, apud Tribunal Fidei
Censore.*

CUM incunte Aprili, sub umbrosa platanio Hispanus, Belga, Italus, pluresque alii Apollinis, & Minervæ alumni in villa non procul à Mexico Septentrionalis America Metropoli, sub mane convenissent quandoquidem, inquit Italus

.....In molli confedimus herba,
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos,
Nunc frondent silva, nunc formosissimus annus
.....dicite

Eleg. 3, v. 55.

Si quid novi est ab Europa: audivi enim ex Hispania naves ad Portum Veræ-Crucis appulsa, solentque inde ad nos usque raras, ac peregrinas Librorum merces convehere, quas auro quovis Mexicanoi coemant: quo pacto fit ut quidquid in magna illa Ingeniorum altrice Europa cultores Literarum scribendo inveniunt

ela-

elaborant, perficiantque, utilissimo, nimirum, & honestissimo commercio facile ad nos perveniat; & dubitari possit auro nè magis, & argento Americani Europam, an Europa suis Libris Mexicanos dicaverit. Quanquam in hujusmodi negotiatione, & in adiectis à Septentrione mercibus Hispani fraudem, dolumque malum, non semel detexerint. *B.* Quas tu hic fraudes, aut dolos commemoras? Cum nihil sit inter omnes vulgarius, quam Hispanis magnos esse proventus, & immodicum lucrum ex illis nundinatis. *J.* Si de quæstu, incrementisque rei familiaris agitur, non admodum tibi repugnem, præcipue quod non sim in Mercurij tricis, ac foto versatus. Ego verò de Vulcani officinis conqueror, quæ novos quotidie libros constant, protrudunt, spargunt in ultimos terrarum fines cum Religionis, morum, probitatis, bonarum etiam Literarum insigni jactura. *B.* Oro tè, permitte ea omnia Fidei, ac morum Senatui gravissimo, cui, non sine consilio divini Numinis, commissa est, hæc Provincia, qui statim infectas illas merces intercipit, & antequam malum serpat, si possit emunigat adhibitis incredibili cura, diligentia, ac labore; aut si leniter contagioni mederi non possit, inducit, oblitterat, aut meritis flammis addicit.

H. At ego video sermonem istum producendum nobis usque ad meridiem. Sumus que jejunii adhuc, & sacci. O servos istos, vel si proximus ardeat Ucalegon, cessantes & pinguis! Cito, cito, & una cum tostis placentulis Cocolatum nobis afferte. Ea suavissima, ac delibitor est potio è granis & medullis avellanæ nuclei similibus, sed molliori illis quam avellanæ nucleus, salubrior etiam, & capit, ac stomacho temperandis commendatissimus. Gratiorem potum

tum reddit è Zeilano casia sacharo candidissimo admixta, ac diluta. Hauritur è poculis calidus fere, modicis sorbitonculis: estque amicissimus vigilantibus ad Minervæ lucernas. Quod si Musæ vellent jucundissimum Apollini sacrare poculam, patetam succi hujusmodi propinarent. Et fortasse frequens ejus potionis usus (ut alias nunc præteream) aliqua causa est, ob quam Mexicanii multis alijs suavitate præstant, & acumen Ingenui. *J.* Quaso vos parcius ista, ac submissius dicite; ne rumor aliquis pervaeniat ad Alonenis Decani aures delicatissimas. *H.* Quem, Tu nobis Decanum Alonensem minaris, quem nescimus sit ne *Ater, an albus?* *J.* Evidem vehementer admiror, nihil ad vos de Epistolis ejus, vel fama allatum: cum ille & Hispanus sit ortu, & ejusdem Epistolæ non Lipsiæ, aut Hagæ, quas vos nil minus quam Lemanius cavetis lacum, sed Matrii, obstetricante generoso Valentino Gregorio Maiansio, sunt editæ. *B.* Et quidem etiam mihi lectæ, & ravidissimè exploratae fuerant Decani Epistolæ, ob stili candorem Plautinosque sales illis admixtos sed enim verebar, Hispanos, opinionis, ac famæ studiosam gentem, lacescere, aut materiam odio, ac simulati prabere recordatione Epistolæ, in qua multa infunt parum consulte dicta, nec vero vel ab ipso illo dicenda, nisi versaretur in summa rerum, hominumque Americanorum ignoratione.

H. Quantum in me est tibi licet, quidquid ex ea velis expromere, palamque recitare. Nec enim pervicaces adeo, aut indociles sumus Hispani, ut emendari ab alijs nollimus, aut si melior sit, & probabilior, in alienam sententiam ultro descendere. *B.* Quantumvis memoria retineam eam Epistolam, neque in animum

mum ego meum inducam, neque committam, ut illa recitata, hujus confessus aures diverberem, & diei hujus lætitiae invidere videar, & molestissimum clangorem tollere inter olorum cantus. *H.* Imò potius aude, effareque voce ista, ac Belgico pectore: nam propterea tibi in Dialogo isto ante alios loqui concessimus, quod sci remus te Belgam esse, ex Natione, scilicet, cui nihil sit probitate antiquius, nihil veritatis studio amabilius. Ob quas animi dotes, & in scribendo judicij sine affectatione maturitatem, estis vos Belgæ chari, vel nationibus exteris, & Orbis Literarum quam qui maximè commodi, & utiles. Et numnè ex eadem gentilitate sunt, & stirpe, quos nunc dicunt Biographos? Quibus quid Sol iste vidit illustrius? An non vester est Lipsius, cuius illud omnino verum. *Quis enim negat?* Ut hominibus singulis, sic populis sua labes, sua laudes! A quo nulla, opinor, erit tam arrogans, quæ se faciat eximiam. *B.* Quando igitur mihi ab Hispanis & dicendi facultas tribuitur, & ab ipsis provocor, ac solicitor, fabor denique, quanvis dolenter, ac prorsus invitus. Negat Decanus (dictu nefas) vigere apud vos Literarum studia. Negat locum vos aliquem Minervæ, aut Apollini dicatum habere, negat Academias inter vos, ac Lycae florere, quasi unus omnia Mercurius, & quibus ille præsidet, negotiatores, hic occupaverint. Obstuere ad hæc Auditores, suntque omnium animi subita admiratione percussi: Vixque ut crederent adduci poterant hominem in Hispania natum, Romæque ubi eruditio, ac literæ plurimum regnant, excultum, in tanta fuisse gentis Americae oblivione, aut inscitia, ut ei illa exciderint, quæ & incredibilia omnibus essent habenda, possentque nube oculorum testium refelli.

B. In-

Lipius lib. 1. Selectar. Centuria 1.
Epist. 22. Philippo Lanoio.

Marti lib. 7 Epist.
16 Martino Car-
rilio. Edit. Matr.
anno 1735.

B. Intercessit his Belga paullò sedation, & stuporem, inquit, atque admirationem ponetis, si exteras ejusdem Authoris legeritis Epistolas, quæ ad veteris Orbis Hispanos, & illorum ingenia spectant; in quibus plura sunt ob quæ Illi dertos se, ac proprie sibilo explosos possent conqueri. Et tamen illa benignam, & commodam excusationem habent, si ad animum voluntatemque Decani velis advertere. Nimirum, quo ad Mexicanos attinet, videtis vos ipsi, id quod eruditæ omnes agnoscent, ac liberè profitentur. Alonensem aut in profunda Americæ ignoratione dormitasse, aut (quod nulla illius culpa evenire potuit) fuisse ab alio quopiam deceptum, ex ijs, scilicet, qui pervagati terrarum orbem, multa impunè ac per omnia popularibus suis mentiri solent, ac præcipue Viris antiquæ probitatis imponere. Quod vero de Antiquæ Hispaniæ Eruditione & hominibus eruditis scriptis alicubi, fecit quidem non elatione, aut superbia aliqua, sed ut severitate illa censuræ, ac judicij Hispanos suos excitaret & exacerbet ad diligentiores Humaniorum literarum cultum, in quo nonnulli mitius sunt accurati: propterea quod ament gravioribus alijs Disciplinis magis incumbere, iisque obligari. Quod tamen apud æquos divinarum, humanarumque Scientiarum æstimatorum laudem potius quam vituperationem meretur. Contra vero Decanus ita à Natura comparatus erat, ut se totum Humanitatis Studijs destinaret, malletque in ijs primas tenere, quam in Theologicis secundas, aut tertias. Et nisi opinio fallit, demum obtinuit. Ferunt enim, multique hodie in ea sunt sententias jam inde à M. Tullio, aureoque Latinæ Eloquentiæ saeculo, in eo scripturæ genere prodijse nihil pictius, nihil

Vide Martinum
lib. 7. Epist. 11. &
lib. 8. Epist. 12. &
13.

nihil illuminatius; nihil Græcis, Latinis ve
libus extare conditus. *I.* Atqui non neminem
egomet audivi, qui redundare ibi dicat Græca
Diverbia, & quæ Græci vocant Schémimata. Quæ
ostentatio Græci sermonis, vitanda erat Latini
è scribenti. Et dubitare aliquis possit, Græ
casnè, an Latinas dicat eas Epistolæ. *B.* Video
quò spectes, Itale, ac ne (quod soles) acutior,
ac subtilior sis in Decanum, voca, si placet Græ
colatinas, & verum illis nomen indideris. Quod
enim ego injeci de Alonensis, ac Ciceroris Epi
stolis, habet quidem speciem comparationis in
qua tamen Decano Tullius incredibili inter
vallo præcellit

Eclog. 5. v. 16.

Lenta salix quantum pallenti cedit olivæ,
Puniceis quantum cedit saliunca rosetis

Judicio nostro, tantum tibi cedit Amintas.

Arrisere omnes dicenti Belgæ. Sed vellemus in
quiunt, citra lusum, & jocum, vestram de Epi
stola, in qua Alonensis, errore licet, insectatus
est Mexicanos, sententiam audire, aut ut scrip
ti aliquid vulgaretis, quod mæstum consolari
posset Apollinem; nam fama est, ad eam Epi
stolam non illum modò, sed & Parnasiā rup
pem ingemuisse, turbatosque Aoniae, & Aga
nippis fontes ac rivulos. *B.* Ego verò non Jam
bos, aut Diras, sed ad pulvinaria omnia sup
plicationes, & Novendialia, à Senatu, Martino
Decano procurari, ac decerni cuperem. His au
ditis, cum silentium majorque admiratio con
sequeretur, omnia enim alia expestant à Bel
ga: Italus subiratus: Ain "Tu ista, Belgæ? Aut Nos
ludis, & quasi stollones habes, aut rupices? *B.*
Aio, nimirum ex que animi mei præclara sen
tencia. Ac vel ex te ipso vellem audire: habe
re

remusne tam eximum Eguiaræ Doctoris Li
brum, nisi Decanus Alonensis sua illa Epistola
occasione, causasque scribendi præbuerit? Et
Authoris calamum prope obarmasset? *I.* Equod
nam, Tu, indicas Eguiaræ Opus? Nam Theo
logice ejus Disputationes jam diu mihi sunt
lectæ, & nocturna, ac diurna manu versatae,
idque faciendum ijs consulo, quibus magno in
pretio est Theologia, cupiuntque in eadem mul
tum proficere. Et est quidem, quod Tu affir
mabas, iste Liber eximus, dignusque sanctioris
Minervæ Sacratio; sed in illo nihil omnino video
cui conscribendo materiam Decatus obtulerit,
homo nūquam nisi invitus, & cum stomacho
in Theologia oras delatus. *B.* Non ego tibi
Eguitaræ Disputationes, sed Bibliothecam insi
nuo, *I.* At, at! Et illi conscribenda causas De
canus attulit? Certe attulit. *I.* Si ita res habet
placabor confessim; è vestigio cantabo palino
diam, agamque Martino gratias amplissimas. *B.*
Potes, ac debes, & asculta, ac fidem adhibe
mihi narranti. Cum Eguiara Doctor, & ego in
familiari colloquio federemus, sermoque de li
teris incidisset, recitavit Ille mihi, & quidem
syllabatim, eam Decani Epistolam; qua auditæ,
enim verò primum erubui, mox, tam inaudi
to de Americanis judicio, subito expallui, de
mum cohorrui. Sed ut me collegi, quin, Tu,
ista inquam, vindicas Eguiara, & è tanta Me
xicanorum segete, & copia, quorum sane præ
stantissima fuerunt Ingenia, paria aliquot felis
gis, ex quibus Alonensis agnoscat, optimarum
inter vos literarum studia fervere, esseque Me
xicanis suas Athenas? Imò verò subjunxit Ille
voce submissa, auspice Deo possem Bibliotheca
m Martino sistere, nec minoris, quam quæ Ro
me à Nicolao Antonio condita (& ab ampli
fimo

*

simo Cardinale Aguirrio mox est edita) molis,
& magnitudinis. Sed ipsemest morti occupatio-
nes meas: Vides quam longi temporis, &
laboris illud sit opus: intueris, ac doles quam
sim afflictæ, imbecillæque valetudinis. *B.* Sed
fac, obsecro, ut te ab alijs explices, & expediás,
quæ si ad Bibliothecæ utilitatem spectas, mi-
noris sunt pretij. Et, si me audis, nullum offi-
cij, ac meriti genus est, quod Patriæ, quod Rei-
publicæ Eruditorum, quod tibi ipsi majorem
splendorem, gloriam, commendationem famam,
ac Nominis sit allaturum. Quare ommissis istis,
in quibus tua Te moderatio animi hærere fa-
cit, ad Scriptorum Americæ Bibliothecam ag-
gredere & huic tini impende vitam istam, &
lucem sollicitam. Sic, quod ego, quod omnes cives
optimi, quod sanctiores ipsæ Musæ multum pre-
cantur, quod prudens, ac sapiens quisque ha-
bet in votis, Deum, Superos, Cœlites adesse ti-
bi scribenti sentias, ac labori tuo adspirare. Igi-
tur ut est ille decoris publici, & avitæ laudis
studiosissimus, acquievit suadenti, & Bibliothecæ
adornandæ curam in se recepit, dummodo
tamen, inquit, Tu mihi succedanea sis victima,
si (quod valde timeo) in ipsa scribendi con-
tentione defecero. Habetis causas tum conse-
cti, tum Libri illius in lucem editi: &, ut in
novo. Opere, vultis, opinor, quæ sint de illo,
audire judicia, & an magnam, quæ de eodem
erat, impleverit expectationem? Quo circa, cum
Bibliothecam illam legisse vos credam, idque
oculis eruditis, non alios, sed vos ipsos in hac
causa Judices, ac censure appello, qui & sapien-
tia valetis plurimum, & estis ab assentatione, odio
ve in Hispanos remoti, quæ duo depravant ple-
rumque, & corruptunt Judicia. Opus itaque
vobis est, ut hac saltem nocte in cella Apollinis
vigiletis.

Po-

Postera autem ubi dies exorta est, cum
à potionē Indica convivæ omnes recentes es-
sent, ē Villa, rusticationis gratia, in subjectum
pratum descendunt, quæ tenuis, ac placidus ri-
vulus permeabat. Tunc Italus: Ecce non mur-
mur, & cantum aquæ discurrentis sectabimur,
qui Nos ad fontem suum deducet, in quo for-
te sub alicuius arboris umbra, ubi Sol cœperit
astuare, inceptum heri sermonem claudemus.
Et quidem divinasse visus est Italus. Modico
enim spatio decurso, ventum est ad fontem, ex
quo rivulus emanabat; eratque loco facies af-
pectu mirabilis, varijs peregrinisque Plantis, &
floribus consita, densis etiam arboribus inum-
brata, in quibus plures, & apprimè canore avi-
culæ nidificabant. Ut qui aderant nec Cicero-
nis Academiam requirent, aut Tusculanums
nec ipsius Alonensis Decani villam, cui des-
cribenda omnes Ille orationis lepores, & Cha-
rites advocavit. Sed agite, inquit Hispanus; nec,
in loco per se amoenissimo, ullus amoenitates
alias querat, aut diverticula. Urget enim Apo-
ollo magnus; & quia primæ in judicando Ita-
lus tribuuntur, ex quo ipsi veterem illam Græ-
ciam suis Literis expoliarunt; placet eidem Apo-
olini, ut initium sermonis Italus ducat. *I.* Pa-
reō, ac proprio Deo sermonem instauro. Bi-
bliotheca illa, si studium, si accurationem, si di-
ligentiam astimes, laboris est improbi; & quam
nemo speraret perfici posse, nisi jam absolutam
videret; ab homine præsertim Theologicis vi-
gilis, & lucubrationibus intentissimo, in qui-
bus totam fere atatem exegit, attrivit, con-
sumpsit. Et quas non Ille perscrutatus est arcu-
las, pluteos? Quæ non obscuræ ac tetricæ An-
tiquitatis penetralia invisit? Inspexit? Quos non
Codices, serinia, ac mirothechia evolvit, ape-
ruit?

3

ruit? Quas non adivit, vidit, legitque Bibliothecas, ut suam illam conficeret, in eamque litteras omnium aliarum, succos, & flores conserret? Quae quam sint plena negotij, difficultatis, & molestiae, quantam postulent ingenij, ac judicij maturitatem & prudentiam vos ipsi perspicitis, &c, scribendo, fuitis experti. At ne dissimulare aliquid videar, quod tanti, tamque de Patria benemeriti Viri Sapientiae, ac Doctrinae possit officere; occupabo jam illa, quorum si probabiles, & idoneas causas attulero videbitis, æquissimi Judices, Doctorem istum, Bibliothecamque suam, jure, optimaque ratione laudari. Nam quod nonnulli dicunt referri, numerarie non debuisse illos quorum Scripta servantur nondum edita, aut qui vix manum, & plagulam implevit; neque minutos alios, ac multum jejunos, nullius frugis, & in quibus nulla salis est micas id profecto non dicerent, si meminisse vellent morem, usum, & consuetudinem omnium, qui usquam Bibliothecas ediderint, quibus ea lex est proposita, ut quidquid alii scripserint, memorie posteritatis ipsi commendent, sive id parvum sit & exiguum, sive insigne, magnum, & grave; sive rude, & iucundum; sive ingeniosum & expolitum, sive nullius pretij, leporis, aut venustatis. In quo præter alios Author noster Ducem habuit Hieronymum, qui cum esset in feligendis libris judicio præstantissimo, tamen cum de Scriptoribus Ecclesiæ ageret, non solum minutos plures non prætermisit, sed etiam illos indicavit, qui latebant, & à suis Authoribus cellabantur. Et quidem Eguiara Doctor produxit, laudavitque multorum folia verius quam libros, ut Bartholomai Castannij viri Apostolici catechesim brevissimam; sed in hanc, & similes illud Tullij de

S. Hier. in Scriptor. Eccles. in Gelasio Cæsarea Palestinae. Vide ejus Libri Prologum.

1001

8

Duo-

Duodecim Tabulis, numne cadit aptissime? Freeman omnes licet, dicam, quod sentio, Bibliothecas, me Hercule, omnium Philosophorum unus mihi videtur Duodecim Tabularum libellus, se quis Legum fontes, et capita viderit, et authoritatis pondere, et utilitatis ubertate superare.

Quibus cum auditores præberent assensum, perge inquiunt, ulterius: & si in ceteris refellendis, aut explicandis acutus adeo fueris, ac prudens, sperare potes Bibliotheca tuæ palmarum cum primis attribuendam. I. Siquidem aquos Vos, nobisque faventes aspicimus, prægrediar alacrius. Altera objectio eorum est, quibus apparet Bibliotheca author fusior, & longior in enarrandis, efferendisque Scriptorum pro Christiana Republica laboribus, & factis egregijs. At illi quidem nec consilium Scriptoris compertum habent, nec ad frontem ipsam & Bibliothecæ inscriptionem satis animum adiicere: in qua legere est, (1) Authori propositum, ac deliberatum, non solum scribere de clarorum in America Virorum scriptis, ac libris, verum etiam de illorum strenue & præclare factis, gestis, dignitate, virtutibus. Ad quod non tam præjudicio suo, aut voluntate, inductus est, quam sapientum consilio, & adhortatione. Magnum enim est inter hanc, & Orbis antiqui Scriptors, & Bibliothecas discrimen: quod iij, de quibus istæ agunt, & quorum Scripta dinumerant, vulgo noti sint, & illustres, quorumque vita actiones non in obscuro, sed in media Europa luce sint posita. Notitia vero ingeniorum Americæ multis adhuc tenuis est, & inerata: nam qui ad nos ex Europa mercium causa permurandarum accedunt, quandiu hinc negotiantur, oleum suum, operam que insument omnem opibus corrogandiss; alteque apud illos

*
-38-

Lib. i. de Orato-
re Num. 44.

Li-

Literæ silent, & dormiunt. Si qui autem ad patrios lares, ac Penates suos serò tandem redierint, multa de Americæ divitijs, Negotiatorum luero, & immani quæstu narrare poterunt; pauca, aut nulla de viris in eadem provincia sanctitate vita, religione, pietate, scientiarum cultu, ac præstantia ingenij clarissimis. A quibus mirum in modum Mercatorum disidet natio, si paucos eximas, quos aequus amat Juppiter, & ex arguilla meliore voluit effingere. Accedebat his causis, quod quanvis viri essent docti, & insignes Latina Eruditione; nec mediocriter, sed valde Historicis Americanorum imbuti, quique possent res gestas, & illorum acta, qui diversis hic floruerunt temporibus, mandare literis; alij detrectabant hanc Provinciam suscipere diversis curis alio distracti; alij refugiebant, non tam magnitudine Operis, ac labore deterriti, quam quod illos præpediret (magnorum Ingeniorum comes) modestia, & pudor ingenuus. Ipse vero Egijara Doctor cum libris Theologicis compendis multam navaret operam, simulque habendis in Templo majori, è superiore loco, Sacris Concionibus oeuparetur; non illo abundabat ocio, ut quanvis voluntas, & animus non deesset, tamen posset divulsas, ac separatas à Bibliotheca sua elucubrare Historias, easque contexere: quod quidem erat longioris moræ, vacuumque tempus, & ab alijs negotijs, & studijs magis liberum postulabat. Fatigabant etiam Scriptorem quotidiane multorum preces, vota, fere cum coniunctio, & amica licet, objurgatione, Editionem efflagitantium. Unde necessario illud consilij capit, ut eidem Bibliotheca Historias appingatur, eaque amplificata, in unum corpus Historiæ, ac Bibliothecæ, partes ac dotes redigatur.

B. Audiebat præterea noster Scriptor, legebatque in famosis quibusdam Libellis exagitari, proscindi sæpius, ac lacerari Americanos, imò in ultimam aliquando barbariem relegari, ac ne angulum quidem illis in Republica literarum relinqui. Quare optabat, non supremum (quod isti suspicantur) sed aliquem, si Literarum Senatus, populoque placeret, Genti suæ locum concedi, in quo sedate, ac sine tumultu, suas Minerva oleas, suas Lauros Apollini excolleret, & irrigaret. Et erat certè cunctorum, qui hic habitant, sententia, & consensu, iutissima viri postulatio, & minime contemnenda petitio. Propterea quod alendis Ingenijs, inter diversas Orbis plagas nulla Mexicanæ cœlo sit aptior. Ut qui maxime Athenas illas veteres, urberaque Mexicanum cognoverunt & contemplantur, pares aut simillimas faciant, aeris, ad Cœli benignitate, quibus plerumque suum acumen, acies & magnitudo constat ingenij. (2) Ad quam Cœli, & Naturæ indulgentis clementiam accedit Mexicanorum indoles apta, docilis, & ad Scientias omnes & Literas modulata; à teneris unguiculis bonarum Artium, sublimiorum facultatum, cultus disciplina, & sub magistris, in unaquaque Scientia doctissimis, liberalis educatio, sedulaque institutio. Quare præter Academiam Principem, in qua omnes scientia traduntur, & ad quam ex universa America, aliquando Europa, fiant concursus, & diversis postea temporibus plura sunt instituta Collegia. Atque ex his omnibus vis ingens Literatorum prodijo, qui togas, magistribus, præfectura urbium, & provinciarum, sacrisque insulis inclaverunt.

4

Sunt

Florus ap. Nicol.
Ant. com. t. Bi-
blioth. vocaria.

De Quatuor n. 25.